



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

24. Dies Septemb. Spei & præsentia subjacent, & futura; ista, quia  
contemnit: illa, quia sue esse præsumit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

Septem Septemb.

Tessera.

77

24. DIES SEPTEMB.

Spei & præsentia subjacent, & futura: ista, quia contemnit: illa, quia sua esse præsumit. S. Zeno serm.  
de Fide, Spe, & Char.

L **U**trivus ex fonte, sic Spes profluuit ex Fide. Quid certius Spe, quæ absentia præsentia proponit, & futura sua esse præsumit? Cur hoc? quia quæcumque uspiam in Iacris Literis promisit, illud & certissimè faciet, & fidelissime exequetur. Priùs solvetur tota terrarum fabrica, priùs cadet è cœlo, & Sol, & Luna, ruent è firmamento stellæ, dissipabitur cœlorum machina, totaque in chaos antiqueum redibit rerum universitas, quam ut Deus in minimo promisso suo hominem fallat. Sic enim loquitur ipse ore Prophetæ: <sup>(a)</sup> Quoniam in me speravit, liberabo eum. Ut in hoc Deloraculo, velut in bene fida statione anchoram per jacias, pensiculatiūs hæc verba expende. Promittit Deus: Liberabo eum. Non dicit unde, ubi, quando, quomodo. Hinc ea verba intelligenda sunt de quacunque necessitate. Itaque si sit in medio oceano, inter decumanos insanientium fluviuum vortices, liberabo eum de naufragio. Patet in Paulo: si sit in cavea leonum, qui rabidi fame, impetu in eum facto insiliant, ut eum unguibus dilacerent, dentibus comminuant, liberabo eum de ore leonis. Fecit hoc Danieli: si sit in carne vincitus undique catenis, cinctus militum copia, liberabo eum de carcere; Expertus hoc est Petrus: si sit inermis, im-

B b b ;

bellis,

(a) Psal. 90.14.

24. DIL

bellis, imbecillis, & consurgant adversus eum cal-  
& armis eum infestent, liberabo eum de manibus  
amicorum. Sic actum cum Davide.

II. Vix majora pericula , unde eum Deus ex-  
mat ? Si sit in fornace ardente, inter fumantes cre-  
tantium flammarum globos , liberabo eum de-  
cendio. Evenit hoc tribus pueris in fornace Baby-  
nica: si fuerit ab iniquis auctoribus faisi criminis in-  
mulatus, ab impiis Judicibus , contra omne jus,  
mortem condemnatus , & jam ad ipsum theatrum  
mortis ducatur, liberabo eum ex ipsis fauibus mor-  
tis. Sic contigit Susannæ. Denique , in quacunq;  
fuerit necessitate, liberabo eum. Sed ob quam ca-  
sam ? eam, quæ est in omnium manu. Audite causam:  
*Quoniam in me speravit.* Non quia quadraginta diebus  
jejunavit : non quia flagellis expiatoris in corpo-  
suum animadvertisit: non quia noctes, diesque me ob-  
secrando impendit, non quia lautas in pauperes distri-  
buit eleemosynas. Sed, *quoniam in me speravit.* Quid  
facilius, quam sperare ? Ut spares, non opus est mo-  
vere pedes, ut ambules, nec digitos, ut scribas, nec mem-  
bris, ut labores, nec oculos, ut legas, nec linguam, ut lo-  
quaris : non fatiges, nec corpus, nec animum. Miser  
in conclavi quietus, immotus, & modestus, sperans  
sperando omnia impetas. Hæc si expendis, quo-  
modo adhuc diffidis ? Merito hinc exclamat Salvator:  
[a] *O miseria ! o perversitas ! homini ab homine au-  
ditur, & non creditur Deo. Humanis promissionibus specu-  
modatur, Deo negatur. Et paulò post: Cùm elementaria  
& naturam mundi Dominus noster fidelem fecerat, illi  
eamen propè ab omnibus non creditur, qui solus fecit, ut nra  
omnibus crederetur.*

[a] Ad Ecclœf. l. 2.

III. Ch

III. Cæterum, non est spes bona, quæ bonum sibi  
propositum, sed quæ bene. Bonum quidem sperare  
mali, imò & pessimi possunt, imò & solent. Bona er-  
go spes est, quæ de vero bono ritè concepta est.  
Hanc qui habet, stringat, teneat, neque abire eam,  
vel in ultimis finiat: Sororesque illi jungat Charita-  
& Fidem: hæc spes læta est, & fida, quæ nec spe-  
criminis fallit, nec confundit, sed ad optimum pro-  
mne jus, whit, animumque interim sperati boni anticipatio-  
delecat. Qnòd si speres, quæ vulgus putat bona;  
Malum tuum speras, quod vel dilatione te cruciet,  
vel insura sui tibi noceat. Fac succedat; quod ad cor-  
pos attinet, hosti arma paraveris, quod ad fortunam,  
lite causam, & immitis Dominæ subieris jugum: quod  
ad animum verò ipsum, magna etiam pars in cla-  
dem, ac perniciem verti queat; quoniam quæ ani-  
num delectant, sæpè & trucidant. Sic bene speran-  
do, & malè habendo transit vita mortalium. Nam,  
& futura cogitantibus, præsentia delabuntur, & qui  
longinqua prospiciunt, quæ sub oculis sunt, non  
rident, & qui cras vivere destinant, hodie non vi-  
vunt. Nondum est, cujus initium speratur. Ita cùm  
spes omnis, boni absentis expectatio sit, consequens  
et sperantem, pro eâ saltē parte, quā sperat, mali  
iquid pati: omnis ergò spes, ne tu confundaris, sit is,  
qui sperantem unquam deserit, qui ad opitulandum  
est potens, ad subveniendum proclivis, ad juvandum  
expeditus: qui fuit spes nostra ab uberibus matris  
nostræ: ille te non deseret, sis licet pupillus, orpha-  
nus parentibus orbis. Nam:  
Qui pascit corvos Deus, is non deseret orbos.